

Věcná práva

Čl. 911

Interdum proprietatem quoque verbum „*possessionis*“ significat: sicut in eos, qui possessiones suas legassent, responsum est.

Čl. 985

„*Habere*“ sicut pervenire cum effectum accipiendum est.

Čl. 1002

Verbum illud „*pertinere*“ latissime patet: nam et eis rebus aptum est, que domini nostri sunt, et eis, quas iure aliquo possidemus, quamvis domini nostri non sint, pertinere ad nos etiam ea esse dicimus, que in nulla eorum causa sint; sed esse possint.

Čl. 928

Predia dicimus aliquorum esse non utique communiter habentium ea, sed vel alio aliud habente.

Čl. 904

Aliud est „*capere*“, aliud est „*accipere*“. Capere cum effectum accipitur: accipere, et si quidem non sic accipitur, ut habeat. Ideoque non videtur quis capere, quod erit restitutus.

Čl. 1111

Non videtur quisquam id capere, quo dei necesse est alteri restituere.

Čl. 1234

Non debeo esse melioris condicionis, quam auctor meus, a quo ius in me transit.

Čl. 1114

Nemo plus iuris ad alterum transferre potest, quam ipse habet.

Čl. 1071

Id quod nostrum est sine facto nostro ad alium transferri non potest: et dicitur sine facto nostro, id est si non mandaverimus vel ratum habuerimus.

Čl. 1143

Non videtur rem amittere, cui propria non fuerit.

Čl. 1267

Non potest deisse habere, quod numquam habuit. Et inde est, quod creditor non potest experiri, quod habere desierit debitor, quod non adquisivit. In propriet amen quandoque dicitur desinere, quod non cepit, sicut et finitur aliquod, quod non cepit.

Čl. 1199

Non videtur perfecte cuiusque id essequod ex casu auferri potest.

Čl. 941

„Bone fidei emptor“ esse videtur, qui aut ignoravit eam rem aleineam esse, aut eum, qui vendidit, putavit ius vendendi habere, puta prokurátorem aut tutorem esse.